



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 38. Quot sunt mendaciorum genera?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Quot sunt mendaciorum genera?

Tria sunt mendacii genera: officiosum, quod pro salute aut communi modo fit alicuius absque malignitate: quale fuit illud obstetricum & Rahab Ierichontinae. locosum, quod nec fallit, sed scitur causa ioci dictum. Et perniciosum, quod scilicet ex malignitate, & fallendi animo procedit: quod omnibus modis fugiendum est.

Prima autem duo etsi leuia sunt, non tamen sunt sine culpa. Quod autem Dominus, obstetricibus & ipsi Rahab benefecisse legitur, hoc non fiebat propter mendacium, sed ob misericordiam populo Dei exhibitam. Neque vero idcirco hoc de alijs peccatis in consequentiam trahendum est: alioqui detestanda sequi manifestum est.

August. autem octo mendaciorum genera discernit, quae tamen omnia ad tria illa praedicta reduci possunt.

Est autem differentia inter mentiri, & mendacium dicere: cum hoc quidem sine falsitate, illud autem nequaquam fieri possit. Sed & quisquis mendacium loquitur, mentitur, non contra. Hinc falsum loquens verax

G 5 esse

Aug. su.

Psal. 5.

Perdes

omnes,

&c.

Iosue 2.

Exod. 10.

Iosue 2.

&c.

Libr. de

mn da. ad

Consent.

cap. 14.

LOCORVM COMMVNIVM
esse potest, cū scilicet loquitur ex ani-
mo. Hinc & contrā, Iudeus Christum
dicens esse Deum, mentitur quidem,
quia non credit: non tamen loquitur
mēdaciū, quia verū quod dicit est.

Omne igitur mendaciū pecca-
tum est, alterum tamen altero graui-
us: qui grauitatis ordo per compara-
tionem ad id, quod fit in doctrina fi-
dei, accipi potest.

Gen. 27. Ex his etiam patet non idem esse
mentiri, & errare, cum hoc absq; pec-
cato quandoque esse possit.

Caput 39.

Quid periurium?

*Aug. de
uerbis
Apostol.
serm. 28.*

Comites suos iusiurandum seu
iuramentum habere debet, ve-
ritatem scilicet, iudiciū, &
iustitiam: quæ si defuerint, iuramen-
tum fit periuriū. Hinc peierare eum
constat, qui fallendi voluntate fal-
sum iurat: eumq; qui iuramento fal-
sum firmat, quamuis ipse verum pu-
tet: eum quoque, qui cum verum
fit quod iurat, putat tamen falsum,
vbi quamuis mentiatur iurans, non
tamen est mendaciū, vt ex suprā di-
ctis patet. Periurat autem nihilomi-
nus talis: iurat enim fallendi inten-
tione. Qui autē iurat se aliquid præ-
stitu-

stituru-
rus nō
aut ter

Qu-
per sit
men fa-
sine pe-
verum
in rebr
vt cum
ostend

Lico-
re, nec
ramen-
tum ef-

Per-
rum iu-
men ei-
bonum

Iura-
tum ve-

Neq-
rum de-
peierat
excusa-
vt fidē
human

Est
ad iura
macho
at, aut